



TONUS XXXXIV.  
MISCELLANORUM.

~~G.M.B.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VIITEBERG.  
**VI-45.** —

SIGNAT. CCCXIII.

6 böse:

CATENA AVREA  
SIVE  
ORDO ADMIRA-  
BILIS ACTIONVM DEI  
IN NOSTRA SALVTE CONFI-  
cienda; descriptus à D. Paulo, Rom. 8. v. 29.  
breuibus Thesibus explicatus:

*De quibus disputabitur, volente Deo, in Auditorio Theo-  
logico. 3. Martij. horis matutinis.*

P R A E S I D E  
**DANIELE TOSSANO S. THEO-**  
**LOGIÆ D. ET PROFESSORE.**

Respondente  
**PETRO PINIO EMBDANO FRISIO.**



HEIDELBERGAE,  
Typis Abrahami Smesmanni.  
ANNO CICCI XCIII.





ANTIQUAE NOBILITATIS,  
ET VIRTUTIS, SVMMAE QVE  
AUTORITATIS VERO, D. LUDOVICO  
HUTTENO, equiti Franco, & illu-  
strissimi Electoris FRIDERI-  
CI IV. ab intimis  
consiliis.

Quantum tibi, Vir nobilissime, Ecclesia & schola debet,  
qui serenissimum Electorem saluberrimis tuis consilis reddis  
& efficis utriq; patronum beneficentissimum, video ego qui-  
dem, & vident mecum alij boni. Sed quâ ratione, nisi forte  
piis votis, animum ergâ te, splendidissimum virum, testificari  
possimus, non video. Aurum & argentum, ut D. Petrus lo-  
quebatur, non est mihi: & ut maximè offerre possem: scio te  
aurum, & aureas illas catenas, quibus vulgus nobilium su-  
perbire solet, non magnificere; memorem proculdubio eius,  
*Autor. 3.* Serm. 61. quod B. Augustinus scribit: Aurum non facit hominem  
de temp. beatum, nec vlla pompa huius seculi. Ergo quod habeo,  
id do: imò depresso potius ex sacra scriptura thesauris, AV-  
REV M TORQ VEM, quem animo tuo appendas, & quo  
re in vita & morte oblectes. Tu vir amplissime huiusmodi mu-  
nus boni consule: & nobis, id est Ecclesia, & schola facere  
perges. Die Matthiae Apostoli.

TVI OBSERVANTISS.

DAN. TOSSANVS.





II

## CATENA AVREA

S I V E

Ordo salutis & Redemptionis  
nostræ Rom. 8. vers. 29.

Q V O S  
P R A E C O G N O V I T  
E O S D E M  
P R A E D E S T I N A V I T  
V O C A V I T  
I V S T I F I C A V I T  
E T  
G L O R I F I C A V I T .

### THEISIS PRIMA.



T omnia sapientissimo ordine disposita  
Deus Opt. Max: sic in primis salutis no-  
stræ dispensationem.

II.

Quem ordinem qui non obseruat, facile aberrat,  
& in varia præcipitia ruit.

III.

Nam vel dubitat, an satis firmam habeat fidem, an  
Deum satis perfectè diligit : vel præsumitione qua-  
dam à Prædestinatione uno saltu volens ad Glorifica-  
tionem

A 2 t u n e m

tionem peruenire, securus viuit, & de seria ad Deum  
conuersione non laborat.

IV.

Etsi verò ab effectis & signis ad causas illas primas  
nos deducere solet scriptura: & ex fide, ac Dei & pxi-  
mi dilectione de electione nostra iudicari vult: quo-  
tiescunq; tamen veram ac totam nostræ salutis ratio-  
nem recognoscere volumus: & quinam illi sint, qui-  
bus omnia etiam calamitosissima in bonum cedunt,  
**C A T E N A** illa aurea, siue ordo operum Dei & cau-  
sarum nostræ salutis, sicut ab Apostolo ad Rom.8.  
proponitur, considerari debet.

V.

Cæterùm nihil commune habet hæc nostra Cate-  
na cum fato Stoico, siue cum Stoicorum catenatione  
ex causarum naturalium nexu & implicata serie con-  
flata, cui Deum ipsum subiiciebant: sed Deum con-  
stituit Apostolus spontaneum ac sapientissimum au-  
torem & moderatorem vnicum & clementissimum  
nostræ salutis.

VI.

Et est illud in primis obseruandum, initium, me-  
dium & finem, seu consummationem nostræ salutis,  
Deo in solidum tribui: nihil hīc præparationis no-  
stræ, nihil ex illis actionibus cum homine diuidi: cūm  
Deus solus Electos suos præcognoverit, prædestina-  
uerit ad salutem & gloriam, solus efficaciter vocet,  
solus iustificet, solus glorificet.

VII.

*Quæ res tum ad certitudinem nostræ salutis facit,*  
*quemadmodum his verbis ostendit Apostolus: Noui-*  
*Rom. 8. mus iis, qui diligunt Deum, omnia simul conferre ad bonum;*  
*Philipp. 2. 1. Cor. 4. iis, qui ex proposito ipsius vocati sunt: tum ad Dei gloriam,*  
*qui*

qui in nobis efficit velle & perficere: ut qui gloriatur, in  
Domino glorietur.

VI

VIII.

Et quidem hoc ordine peragi & confici nostram  
salutē (si à summo & primo gradu ad extremum pro-  
gredi velimus) testatur Apostolus, quod nos Deus  
ab æterno P R A E C O G N O V I T, non iuxta opera, quæ  
in nobis præuideret, qui nihil eramus, nec sumus,  
quàm quod nos esse voluit: verùm iuxta decretum,  
sive propositum gratuitæ voluntatis, cui liberum fuit  
quosdam eligere, agnoscere & acceptare ex tota illa  
massa generis humani.

IX.

Alter gradus & quasi orbiculus illius catenæ, est  
illorum, quos mero beneplacito segregauit, & vt suos  
agnouit, P R A E D E S T I N A T I O; sive ordinatio ad Ephes. 2.  
vitam & salutem consequendam per Christum, & in- vers. 5.  
sitionem in illum, vt essent membra eius, & partici-  
pes tum passionum, tum gloriæ.

X.

Illi sunt qui dicuntur D A T I F I L I O & oves C H R I-  
S T I, & O R D I N A T I ad vitam æternam.

Ioh. 6.

Ioh. 10.

Act. 13.

XI.

Illæ actiones, quæ in Deo realiter idem sunt, & si-  
mul fiunt, ratione differunt, & à nobis ordinis causâ  
distinguuntur: Electio sc. & destinatio tum ad media,  
tum ad finem ab æterno, ante omnia secula, sineulla  
præuisione futuræ fidei vel incredulitatis ex mero  
Dei proposito & beneplacito.

XII.

Quid enim præuidere potuit in iis, qui nec erant,  
nec aliquid sunt eximij, nisi ex gratia, & quatenus illis

A 3 sua

Sua dona largitur: qui denique omnes in peccatis  
cepti & nati sunt?

XIII.

Idcirco prudenter & ingenuè fecit D. Augustinus,  
**B. 1.** Re- qui cùm ante sensisset, Deum (vt ipse loquitur) elegis-  
tracta. ca. se fidem in præscientia, siue eos, quos præsciuit crediueros:  
**61. & 62.** id retractauit: nunquam enim hoc dixisse (inquit) si co-  
gitasse, ipsam Fidem inter Dei munera reperiri: & Apo-  
**e. Timo. 1.** stolum dicere: Misericordiam consequatus sum: non quia fi-  
delis eram, sed ut fidelis essem.

XIV.

Tertius gradus est V O C A T I O : non illa genera-  
lis & externa per prædicationem Euangelij, de qua  
**Matth. 20.** Multi vocati, pauci electi: sed specialis illa.  
**E. Timo. 1.** quæ κατ' ἔξοχῳ sancta vocatur ex proposito & gra-  
tia: efficax, aperiens corda & aures, ut audiamus & a-  
gnoscamus vocem pastoris.

XV.

Quæ vocatio gradus est ad I V S T I F I C A T I O-  
N E M , quartum huius Catenæ orbiculum, siue an-  
nulum.

XVI.

**Bern. 7. in** Præclarè ergo Bernhardus: Sicut Prædestination nullū  
**Psal. 91.** habet principium: sic Glorificatio nullo fine claudetur: sed vi-  
de, ut ad Glorificationem tendas per medium P O N T E M ,  
qui à Prædestinatione ad Glorificationem dicit: is est V O C A-  
T I O , & I V S T I F I C A T I O .

XVII.

Eadem enim illa Prudentia, quæ ad finem desti-  
nauit: simul media ordinavit & præparauit, per quæ  
ad finem illum gloriosum perueniamus.

XVIII.

Vult nimicum audiri Euangelij prædicationem:  
vult

IV

vult per Spiritum S. corda nostra flectere, fidem inspirare, Christo nos inserere, & in dies sanctificare: quæ omnia & superioribus capitibus explicauit Apostolus, & duabus illis vocibus Vocationis & Iustificationis capite octavo summarie complexus est.

XIX.

Quare tantum abest, ut Prædestinatio excludat auditum verbi, obedientiam, Fidem, Sanctificationem, ut ex his potius signis & effectis de nostra Electione iudicari, & eam (ut loquitur D. Petrus) firmam <sup>z. Petr. 1. 10</sup> effici oporteat: non Dei respectu, cuius Electio est <sup>z. Rom. 11. 5</sup> eterna, & dona illa erga Electos <sup>ἀμεμέλητα</sup> sunt, sed quatenus ex effectis causa à nobis colligitur.

XX.

Deus porrò tum Iustificationis tum Sanctificationis causa sola efficiens passim in Scripturis constituitur: Christus mediator cum sua victimâ, causa materialis & meritoria: sicut formalis causa salutis, ipsa Iustificatio rectè dici potest.

XXI.

Iustificat autem nos Deus non iustitia sua Essentiali, quæ in nos infundatur: nec qualitatibus infusis, siue iustitia habituali: quanquam hæc quoq; inchoatur in nobis: sed absoluendo nos ab omni condemnatione: remittendo nobis peccata per & propter filij meritum & obedientiam.

XXII.

Vnde Pæanille triumphalis Apostoli, *Quis inten-*  
*sabit crimina aduersus Electos Dei? Deus est, qui iustificat:* <sup>Rom. 8.</sup>  
*Quis est, qui condemnat? Christus is est, qui mortuus est,*  
&c. quasi dicat, Nos quidem & omnia nostra opera facile cōtemneret & prosterneret Sathanas: sed mis-

fos nos faciat oportet, cùm eum alegamus ad illum,  
qui sedet ad dextram patris, & pro nobis intercedit.

XXIII.

Sequitur vltimus gradus, G L O R I F I C A T I O , quæ

2. Thes. 1. exspectatur in futuro seculo, quādo veniet Christus,  
vt glorificetur in sanctis suis: quæ gloria cernetur, nō  
solum in corporibus gloriosis, quæ fient conformia

Philipp. 3. corpori Christi glorioso: sed & in plena instauracione

1. Cor. 15. imaginis Dei: quando Deus erit omnia in omnibus.

XXIV.

2. Tim. 4. Tunc, inquam, coronam iustitiae reddet iustus iudex,  
inquit D. Paulus. Cui autem redderet coronam illam iustus  
iudex, si non donasset gratiam misericors pater, vt piè mo-  
net B. Augustinus ad Valentimum de Gratia.

XXV.

O admirabiles diuitias gratiæ, sapientiæ & poten-  
Serm. 16. tiæ Dei opt. max. Prædestinavit nos, inquit Augustinus,  
de verb. antequam essemus: Vocavit, cùm auersi essemus: glorificauit,  
apostoli. cum mortales essemus. In his, quæ iam habemus, laudemus  
Deum largitorem: in his, quæ nondum habemus, teneamus  
Deum debitorem. Debitor autem est factus, non aliquid à no-  
bis accipiendo, sed quod ei placuit, promittendo.

XXVI.

Et tanta certè est promissæ glorificationis certitu-  
do, vt de rebus futuris in præterito loquatur Aposto-  
lus, ac si iam completæ essent: Quos vocavit, glorifica-  
uit, sicut & Ephes. 2. Vnde nos excitauit, & vnde collocauit  
in cœlis: ubi iam regnat caput nostrum, frater noster  
Iesus Christus, cui sit honor & gloria in secula, Amē.

F. I. N. I. S.

Umg. VI 45

ULB Halle  
002 379 767



3

s. b.

WNA



18,33 *afsluiting*

卷之三

ତେବେ କାହିଁ କାହିଁ  
ତେବେ କାହିଁ କାହିଁ  
କାହିଁ

卷之三

SC xviij; signatur: 211

三十六、長沙縣

ព្រះបុរាណជាតិសម្រាប់ប្រជាពលរដ្ឋ

1. G. J. E. 2. G. J. E. 3. G. J. E.

GOETTER UND GÖTTER

This image shows a close-up of a dark, textured surface, possibly a book cover or endpaper. The material has a mottled appearance with various shades of brown, tan, and black, indicating age and wear. There are some lighter, irregular spots and areas of discoloration, particularly towards the edges, giving it a weathered look.

卷之三十一

131 Late 18th C. Gold

卷之三

卷之三十一

100. *Scutellaria galericulata* L.

卷之三

This image shows a close-up of a dark, textured surface, possibly a book cover or endpaper. The surface is covered in a pattern of small, irregular yellow and orange spots of varying sizes, scattered across a dark, mottled background. The lighting is somewhat dim, highlighting the texture and the individual spots.

A close-up photograph of a dark, textured surface, likely a leaf or flower, showing numerous small, bright yellow and orange spots or lesions.

卷之三

THE LARGEST U.S. BANK

— 8 : 1 —

卷之三

23 JULY

**Farbkarte #13**

B.I.G.



CATENA AVREA  
SIVE  
ORDO ADMIRA-  
BILIS ACTIONVM DEI  
IN NOSTRA SALVTE CONF-  
cienda; descriptus à D. Paulo, Rom. 8. v. 29.  
breuibus Thesibus explicatus:

*De quibus disputabitur, volente Deo, in Auditorio Theo-  
logico. 3. Martij. horis matutinis.*

P R A E S I D E  
**DANIELE TOSSANO S. THEO-  
LOGIÆ D. ET PROFESSORE.**

Respondente  
**PETRO PINIO EMBDANO FRISIO.**



HEIDELBERGAE,  
Typis Abrahami Smesmanni.  
ANNO CIC XCIII.

